

*MASTER*  
*NEGATIVE*  
NO. 92-81054-2

MICROFILMED 1992

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the  
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the  
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from  
Columbia University Library

# **COPYRIGHT STATEMENT**

**The copyright law of the United States - Title 17, United States Code - concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material.**

**Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or other reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship, or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.**

**This institution reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.**

*AUTHOR:* BADER, F. E.

*TITLE:* BENEDICTI DE  
SPINOZA DE REBUS...

*PLACE:* BERLIN

*DATE:* 1858

Master Negative #

92-81054-2

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES  
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

---

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

193Sp4

DZ8

v.4

Bader, F E  
Benedicti de Spinoza de rebus singularibus  
doctrina. Berlin, C. A. Schiemetz, 1858.  
28 p. 27cm.

At head of title: Jahresbericht über die Kö-  
nigstädtische Realschule ...  
Volume of pamphlets.  
Another copy in Special Collections (Spinoza)  
1858. Volume of pamphlets.

NNC

Re

---

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 14x

IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB

DATE FILMED: 2/3/93

INITIALS JA

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT




Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100  
Silver Spring, Maryland 20910  
301/587-8202

Centimeter



## Inches



MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS  
BY APPLIED IMAGE, INC.

22 Oct 1896



no. 1

193 pp  
17

Jahresbericht  
über die  
**Königstädtische Realschule,**

durch welchen zu der

**Dienstag den 21. September 1858**

(Vormittags von 8—12½ und Nachmittags von 2—6 Uhr)

stattfindenden

öffentlichen Prüfung der Schüler

erbetigt einlädet

**Th. Pieлиз,**

Director und Professor.

Inhalt:

- 1) Benedicti de Spinoza de rebus singularibus doctrina. Vom Lehrer F. G. Bader.
- 2) Schulnachrichten vom Director.

**Berlin, 1858.**

Druck von C. A. Schiemenz u. Co., Spandauerstr. 48.

193 Sp 4  
DZ 8

v 4

## Benedicti de Spinoza de rebus singularibus<sup>1)</sup> doctrina.

Maxime diversae virorum doctorum de Spinozae philosophia exstant sententiae, ita ut aliae alii prorsus repugnant. Neque mirum. Spinoza enim de relatione, quae inter „extensionem et cogitationem“ intercedit, doctrinam proposuit singularē, propriam, unicān.<sup>2)</sup> Sed de his infra videbimus. Jam vero quum artissime omnia in Spinozae doctrina cohaerant eundemque, ut ita dicān, colorem eandemque speciem p̄ae se ferant, res singulares, quid sibi velint, ut recte et intelligatur et dijudicetur deinde, paucis necesse est absolvamus, quid significet substantia, attributum, modus.

Substantiae definitio haec est: „Per substantiam intelligo id, quod in se est et per se concipitur; hoc est id, cuius conceptus non indiget conceptū alterius rei, a quo formari debeat“ (Eth. I. def. 3.).

Dei haec: „Per deum intelligo ens absolute infinitum, hoc est, substantiam constantem infinitis attributis, quorum unumquodque aeternam et infinitam essentiam exprimit. Eth. I. def. 6. Explicatio. Dico absolute infinitam non autem in suo genere. Quicquid enim in suo genere tantum infinitum est, infinita de eo attributa negare possumus; quod autem absolute infinitum est, ad ejus essentiam pertinet, quicquid essentiam exprimit et generationem nullam involvit.“

Haec substantia est „causa sui“ i. e. (per def. 1. Eth. I.) „ipsius essentia involvit necessario existentiam sive ad ejus naturam pertinet existere“<sup>3)</sup>; quo spectat Eth. I. prop. 11.: „Deus sive substantia constans infinitis attributis, quorum unumquodque aeternam et infinitam essentiam exprimit, necessario existit.“

Praeterea notata dignissima sunt: „Dei existentia ejusque essentia unum et idem sunt.“ Eth. I. prop. 20.

„Dei potentia est ipsa ipsius essentia.“ Eth. I. prop. 34.

<sup>1)</sup> Prop. 28. Eth. I.: „Quocumque singulare sive quaevis res, quae finita est et determinatam habet existentiam“ cfr., complures al. 1. cf. Eth. I. def. 5., prop. 25. coroll., eth. II. prop. 8. et def. 7. — Ubique Spinoz. opp. editione, quam C. H. Bruder curavit, usus sum.

<sup>2)</sup> Perspicue de his rebus exposuit Tredelenburg in libro, qui inscriptus est: Ueber Spinoza's Grundgedanken und dessen Erfolg. Berlin 1850.

<sup>3)</sup> Eth. I. prop. 7.

„Substantia absolute infinita est indivisibilis.“ Eth. I. prop. 13. Coroll. „Ex his sequitur, nullam substantiam, et consequenter nullam substantiam corpoream, quatenus substantia est, esse divisibilem.“<sup>1)</sup>

Schol.: „Quod substantia sit indivisibilis, simplicius ex hoc solo intelligitur, quod natura substantiae non potest concepi nisi infinita, et quod per partem substantiae nihil aliud intelligi potest, quam substantia finita, quod manifestam contradictionem implicat.“

„Praeter Deum nulla dari neque concepi potest substantia.“ Eth. I. prop. 14.

Huc accedit coroll. I.: „Hinc clarissime sequitur Deum esse unicum, hoc est (per def. 6.) in rerum natura non nisi unam substantiam dari, eamque absolute infinitam esse, ut in scholio prop. 10. jam innuimus“;

et coroll. II.: „Sequitur 2. rem extensam et rem cogitatem vel Dei attributa esse, vel (per ax. 1.) affectiones attributorum Dei.“

Substantiae attributa, quorum duo tantum animadvertisimus, hoc modo definitiuntur: „Per attributum intelligo id, quod intellectus de substantia percipit tanquam ejusdem essentiam constituens.“ Eth. I. def. 4.; quo referenda prop. 10. Eth. I.: „Unumquodque unius substantiae attributum per se concepi debet.“

ad quam schol. accedit, quod est maximi momenti: „Ex his appareat, quod, quamvis duo attributa realiter distincta concipiantur, hoc est, unum sine ope alterius, non possumus tamen inde concludere, ipsa duo entia sive duas diversas substantias constituer. Id enim est de natura substantiae, ut unumquodque ejus attributorum per se concipiatur; quandoquidem omnia quae habet attributa simul in ipsa semper fuerunt, nec unum ab alio produci potuit; sed unumquodque realitatem sive esse substantiae exprimit. Longe ergo abest, ut absurdum sit, uni substantiae plura attributa tribuere; quin nihil in natura clariss, quam quod unumquodque ens sub aliquo attributo debeat concepi, et quo plus realitatis aut esse habeat, eo plura attributa, quae et necessitatim sive aeternitatem et infinitatem exprimit, habeat; et consequenter nihil etiam clariss, quam quod ens absolute infinitum necessario sit definitiun (ut def. 6. tradidimus) ens, quod constat infinitus attributis, quorum unumquodque aeternam et infinitam certam essentialiam exprimit. Si quis autem jam quaerit, ex quo ergo diversitatem substantiarum poterimus cognoscere, legat sequentes propositiones, quae ostendunt in rerum natura non nisi unicam substantiam existere, eamque absolute infinitam esse, quapropter id signum frustra quaereretur“,

quocum conjungenda sunt haec verba schol. prop. 7. Eth. II.: „Hic antequam ulterius pergamus, revocandum nobis in memoriam est id, quod supra ostendimus; nempe quod quicquid ab infinito intellectu percipi potest tanquam substantiae essentiam constituens, id omne ad unicam tantum substantiam pertinet; et consequenter, quod substantia cogitans et substantia extensa una eademque est substantia, quae jam sub hoc jam sub illo attributo comprehenditur.“

<sup>1)</sup> Cum hoc coroll. conjungenda, quam in altera disquisitionis parte afferemus, extr. pars schol. prop. 15. Eth. I., qua uberioris explicat Spinoza, „substantiam corpoream esse infinitam, indivisibilem, unicam neque Dei natura indignam.“ cf. praef. prop. 12. Eth. I.

Duo sunt substantiae attributa, cogitatio et extensio cf. Eth. II. prop. 1., 2. et 7. schol.; plura animadvertere non possumus, quia „nullas res singulares praeter corpora et cogitandi modos sentimus, nec percipimus.“ (Ax. 5. Eth. II.)

Modi definitio his verbis continetur: „Per modum intelligo substantiae affectiones sive id quod in alio est, per quod etiam concipiatur.“ Eth. I. Def. 4.

## I.

### Loci ad explicandam Spinozae de rebus singularibus doctrinam ex ipsis fontibus detecti.

Afferande hoc loco primum sunt propositiones ctr., quae, quomodo substantia continentur res singulares, explicant: „Quicquid est in Deo est, et nihil sine Deo esse neque concepi potest.“ Eth. I. 15.

„Ex necessitate divinae naturae infinita infinitis modis (hoc est, omnia, quae sub intellectum infinitum cadere possunt) sequi debent.“ Eth. I. 16.

Hac propositione ejusque tribus corollariorum nitor notum illud: „Deus est omnium rerum causa immanens, non vero transiens.“ Eth. I. 18.

Discernit Spinoza modos infinitos et finitos.<sup>1)</sup> Ex propositionibus ctr., quae huc spectant, afferam tantum prop. 21. Eth. I.: „Omnia, quae ex absoluta natura alicujus attributi Dei sequuntur, semper et infinita existere debuerunt, sive per idem attributum aeterna et infinita sunt.“

et prop. 22.: „Quicquid ex alio Dei attributo, quatenus modificatum est tali modificatione, quae et necessaria et infinita per idem existit, sequitur, debet quoque et necessaria et infinitum existere.“

Huc etiam spectant ea, quae significantur schol. Eth. I. prop. 28.:

„Quum quaedam a Deo immediate produci debuerunt, videlicet ea, quae ex absoluta ejus natura necessario sequuntur, medianibus his primis, quae tamen sine Deo non esse nec concepi possunt; hinc sequitur 1. quod Deus sit rerum immediate ab ipso productarum causa absolute proxima, non vero in suo genere, ut ajunt. Nam Dei affectus sine sua causa nec esse nec concepi possunt (per prop. 15. et coroll. prop. 24. Eth. I.). Sequitur 2. quod Deus non potest proprie dici causa remota rerum singularium, nisi forte ea de causa, ut scilicet has ab iis, quas immediate produxit, vel potius, quae ex absoluta ejus natura sequuntur, distinguamus. Nam per causam remotam talem intelligentius, quae cum effectu nullo modo conjuncta est. At omnia, quae sunt, in Deo sunt et a Deo ita dependent, ut sine ipso nec esse nec concepi possint.“

De discrimine naturae naturantis et naturae naturatae haec continentur schol. prop. 29. Eth. I.: „Antequam ulterius pergam, hic quid nobis per naturam naturantem et quid per naturam naturatam intelligendum sit, explicare volo vel potius monere. Nam ex ante-

<sup>1)</sup> cf. Eth. I. prop. 23. Append. pg. 219. Ep. 66. §. 8.

dentibus jam constare existimo, nempe quod per naturam naturantem nobis intelligendum est, id quod in se est et per se concipitur, sive talia substantiae attributa, quae aeternam et infinitam essentiam exprimit, hoc est (per coroll. 1. prop. 14. et coroll. 2. prop. 17.) Dei, quatenus ut causa libera consideratur. Per naturam naturatam autem intelligo id Dei, quatenus ut cause necessitate Dei naturae sive uniuscujusque Dei attributorum sequitur, hoc omne, quod ex necessitate Dei naturae sive uniuscujusque Dei attributorum sequitur, hoc est omnes Dei attributorum modos, quatenus considerantur ut res, quae in Deo sunt et quae sine Deo nec esse nec concipi possunt.

Ad res singulares finitas sive modos finitos Spinoza transit prop. 24. Eth. I.: „Rerum a Deo productarum essentia non involvit existentiam“, et prop. 25.: „Deus non tantum est causa efficientis rerum existentiae, sed etiam essentiae.“

In scholio haec leguntur verba: „.... eo sensu, quo Deus dicitur causa sui, etiam omnium rerum causa dicendus est, quod adhuc clarius ex sequenti collario constabit: Coroll. „Res particulares nihil sunt nisi Dei attributorum affectiones sive modi, quibus Dei attributa certo et determinato modo exprimuntur.“ (Dem. patet ex prop. 15. et def. 5.)

Excipiuntur haec prop. 26.: „Res, quae ad aliquid operandum determinata est, a Deo necessario sic fuit determinata, et quae a Deo non est determinata, non potest se ipsam ad operandum determinare“,

prop. 27.: „Res, quae a Deo ad aliquid operandum determinata est, se ipsam indeterminata reddere non potest“,

prop. 28.: „Quocumque singulare sive quaevis res quae finita est et determinata habet existentiam, non potest existere nec ad operandum determinari, nisi ad existentiam et operandum determinetur ab alia causa, quae etiam finita est et determinata habet existentiam: et rursus haec causa non potest etiam existere neque ad operandum determinari, nisi ab alia, quae etiam finita est et determinata habet existentiam, determinatur ad existendum et operandum, et sic in infinitum“,.

prop. 29.: „In rerum natura nullum datur contingens, sed omnia ex necessitate divinae naturae determinata sunt ad certo modo existendum et operandum.“

„Ea res dicitur in suo genere finita, quae alia ejusdem naturae terminari potest: Ex gr. corpus dicitur finitum, quia aliud semper maius concipi posse. Sic cogitatio alia cogitatione terminatur. At corpus non terminatur cogitatione, nec cogitatio corpore.“ Eth. I. def. 2.

„Per res singulares intelligo res, quae finitae sunt et determinatae habent existentiam. Quodsi plura individua in una actione ita concurrant, ut omnia simul unius effectus sint causa, eadem omnia etenim ut unam rem singularem considero. Eth. II. def. 7.

„Cujuscumque attributi modi Deum, quatenus tantum sub illo attributo, cuius modi sunt, et non, quatenus sub ullo alio consideratur, pro causa habent. Eth. II. 6. Coroll.: „Hinc sequitur, quod esse formale rerum, quae modi non sunt cogitandi, non sequitur ideo ex divina natura, quia res prius cognovit; sed eodem modo eademque necessitate res ideatae ex suis attributis consequuntur et concluduntur, ac ideas ex attributo cognitionis. consequi ostendimus.“

Coroll. prop. 7. Eth. IV. . . . „Dei cogitandi potentia aequalis est ipsius actuali agendi potentiae.“

Coroll. prop. 8. Eth. II. . . . quam diu res singulares non existunt, nisi quatenus in Dei attributis comprehenduntur, earum esse objectivum sive ideae non existunt, nisi quatenus infinita Dei idea existit; et ubi res singulares dicuntur existere, non tantum quatenus in Dei attributis comprehenduntur, sed quatenus etiam durare dicuntur, earum ideae etiam existentiam, per quam durare dicuntur, involvent.“

Schol. hujus prop. haec est: „Si quis ad ubiorem hujus rei explicationem exemplum desideret, nullum sane dare potero, quod rem, de qua hic loquor, utpote unicam, adaequate explicet; conabor tamen rem, ut fieri potest, illustrare. Nempe circulus talis est naturae, ut omnium linearum rectarum in eodem se invicem secantium rectangula sub segmentis sint inter se aequalia. Quare in circulo infinita inter se aequalia rectangula continentur. Atamen nullum eorum potest dici existere, nisi quatenus circulus existit, nec etiam alicius horum rectangulorum idea potest dici existere nisi quatenus in circuli idea comprehenditur. Concipiantur jam ex infinitis illis duo tantum, nempe E et D existere. Sane eorum etiam ideae jam non tantum existunt, quatenus solummodo in circuli idea comprehenduntur; sed etiam quatenus illorum rectangulorum existentiam involvunt, quo fit ut a reliquis reliquorum rectangulorum ideis distinguantur.“



„Unaquaque res, quantum in se est, in suo esse perseverare conatur.“ Eth. III. prop. 6.

„Conatus, quo unaquaque res in suo esse perseverare conatur, nihil est praeter ipsum rei actualiem essentiam.“ Eth. III. prop. 7.

Quae hucusque allatae sunt propositiones, scholia ctr., cujuscumque generis et cogitandi et extensionis modos respiciunt.

#### A. Res singulares extensae.

„Per corpus intelligo modum, qui Dei essentiam quatenus ut res extensa consideratur, certo et determinato modo exprimit.“ Eth. II. def. 4. cf. praeterea Eth. II. prop. 25. coroll.

Hic praecipue notanda, quae exponuntur axiomatis et lemmatis prop. 13. Eth. II. excipientibus: „Omnia corpora moventur vel quiescent.“ Axioma I.

„Unumquodque corpus jam tardius jam celerius movetur.“ Axioma II.

„Corpora ratione motus et quietis, celeritatis et tarditatis, et non ratione substantiae ab invicem distinguntur.“ Lemma I.

„Omnia corpora in quibusdam conveinunt.“ Lemma II.

„Corpus motum vel quiescens ad motum vel quietem determinatum fuit ab alio, et illud iterum ab alio et sic in infinitum.“ Lemma III.

Coroll. Hinc sequitur corpus motum tam diu moveri, donec ab alio corpore ad quiescedum determinetur; et corpus quiescens tam diu etiam quiescere, donec ab alio ad motum determinetur.“

„Omnis modi, quibus corpus aliquod ab alio afficitur corpore, ex natura corporis affecti et simul ex natura corporis afficiens sequuntur; ita ut unum idemque corpus diversimode moveatur pro diversitate corporum moventium, et contra ut diversa corpora ab uno eodemque corpe diversimode moveantur.“ Axioma I.

„Atque haec de corporibus simplicissimis, quae scilicet solo motu et quiete, celeritate et tarditate ab invicem distinguntur. Jam ad composita ascendamus.“

„Quum corpora aliquot ejusdem aut diversae magnitudinis a reliquis ita coegerentur, ut invicem incumbant vel si eodem aut diversis celeritatis gradibus moventur, ut motus suos invicem certa quadam ratione communiceat, illa corpora invicem unita dicemus, et omnia simul unum corpus sive individuum componere, quod a reliquis per hanc corporum unionem distinguitur.“ Defin.

„Quo partes individui vel corporis compositi secundum majores vel minores superficies sibi invicem incumbunt, ea difficilius vel facilius cogi possunt, ut situm suum mutent, et consequenter eo facilius vel difficilius effici potest, ut ipsum individuum aliam figuram induat. Atque hinc corpora, quorum partes secundum magnas superficies invicem incumbunt, dura, quorum autem partes secundum parvas, mollia, et quorum denique partes inter se moventur fluida vocabo.“ Axioma III.

„Si corporis sive individui, quod ex pluribus corporibus componitur, quaedam corpora segregentur, et simul totidem alia ejusdem naturae eorum loco succedant, retinebit individuum suam naturam, ut antea, absque ulla ejus formae mutatione.“ Lemma IV.

„Si partes individuum componentes majores minores evadant, ea tamen proportione, ut omnes eadem, ut antea, ad invicem motus et quietis rationem servent, retinebit itidem individuum suam naturam, ut antea, absque ulla formae mutatione.“ Lemma V.

„Si corpora quaedam individuum componentia motum, quam versus unam partem habent, aliam versus flectere cogantur, at ita, ut motus suos continuare possint, atque invicem eadem, qua antea, ratione communicare; retinebit itidem individuum suam naturam absque ulla formae mutatione.“ Lemma VI.

„Refinet praeterea individuum sic compositum suam naturam, sive id secundum totum moveatur, sive quiescat, sive versus hanc sive versus illam partem moveatur, dummodo unaquaque pars motum suum retineat, eumque, uti antea, reliquis communicet.“ Lemma VII.

„His itaque videmus, qua ratione individuum compositum possit multis modis affici, ejus nihilo minus natura servata. Atque hucusque individuum concepiimus, quod non nisi ex corporibus, quae solo motu et quiete, celeritate et tarditate inter se distinguntur, hoc est, quod ex corporibus simplicissimis componitur. Quod si jam aliud concepiamus ex pluribus diversae naturae individus compositum, idem pluribus aliis modis posse affici reperiemus, ipsius nihilo minus natura servata. Nam quandoquidem ejus unaquaque pars ex pluribus corporibus est composita; poterit ergo (per lemma praeced.) unaquaque pars absque ulla ipsius naturae mutatione jam tardius, jam celerius moveri, et consequenter motus suos citius vel tardius reliquis communicare. Quod si praeterea tertium individuorum genus ex his secundis compositum concepiamus, idem multis aliis modis affici

posse reperiemus absque ulla ejus formae mutatione. Et si sic porro in infinitum pergamus, facile concipiemos, totam naturam unum esse individuum, cuius partes, hoc est, omnia corpora infinitis modis variant absque ulla totius individui mutatione.“ . . . Schol.

Notabilis praeterea Epist. 15. a Spinoza ad Henr. Oldenburgium effecta: §. 3. „Per partium igitur cohaerentiam nihil aliud intelligo, quam quod leges sive natura unius partis ita sese accommodant legibus sive naturae, alterius, ut quam minime sibi contrariantur. Circa totum et partes considero res eatenus, ut partes alicujus totius, quatenus earum natura invicem se accommodat, ut, quoad fieri potest, inter se consentiant; quatenus vero inter se discrepant, eatenus unaquaque ideam ab aliis distinctam in nostra mente format, ac prouide ut totum, non ut pars consideratur. Ex gr. quum motus particularum lymphae, chyli etc. invicem pro ratione magnitudinis et figurae ita se accommodant, ut plane inter se consentiant, unumque fluidum simul omnes constituant, eatenus tantum chylus, lympha etc. ut partes sanguinis considerantur: quatenus vero concipimus particulas lymphaticas ratione figurae et motus, a particulis chyli discrepare, eatenus eas ut totum, non ut partem consideramus. §. 4. Fingamus jam si placet vermiculum in sanguine vivere, qui visu ad discernendas particulas sanguinis, lymphae etc. valeret, et ratione ad observandum, quomodo unaquaque particula ex alterius occurso vel resultat vel partem sui motus communicat etc. Ille quidem in hoc sanguine, ut nos in hac parte universi, viveret unamquamque sanguinis particulam, ut totum, non vero ut partem consideraret, nec scire posset, quomodo partes omnes ab universalis natura sanguinis moderantur, et invicem, prout universalis natura sanguinis exigit, se accommodare coguntur, ut certa ratione inter se consentiant. §. 5. Nam si fingamus, nullas dari causas extra sanguinem, quae novos motus sanguini communicarent, nec ullum dari spatium extra sanguinem, nec alia corpora, in quae particulae sanguinis suum motum transferre possent, certum est, sanguinem in suo statu semper mansurum et ejus particulas nullas alias variationes passuras, quam eas, quae possunt concipi ex data ratione motus sanguinis ad lympham, chylum etc. et sic semper ut totum, non vero ut pars considerari deberet. Verum quia plurimae aliae causae dantur, quae leges naturae sanguinis certo modo moderantur et vicissim illae a sanguine, hinc fit, ut alii motus aliaeque variationes in sanguine orientur, quae consequuntur non a sola ratione motus ejus partium ad invicem, sed a ratione motus sanguinis et causarum externarum simul ad invicem: hoc modo sanguis rationem partis non vero totius habet. De toto et parte modo dixi. §. 6. Jam quum omnia naturae corpora eodem modo possint et debeant concipi, ac nos hic sanguinem concepiimus (omnia enim corpora ab aliis circumcinguntur et ab invicem determinantur ad existendum et operandum certa ac determinata ratione, servata semper in omnibus simul, hoc est, in toto universo eadem ratione motus ad quietem), hinc sequitur omne corpus, quatenus certo modo modificatum existit, ut partem totius universi considerari debere, cum suo toto convenire et cum reliquis cohaerere; et quoniam natura universi non est, ut natura sanguinis, limitata, sed absolute infinita, ideo ab hac infinitae potentiae naturae ejus partes infinitis modis moderantur et infinitas variationes pati coguntur. Verum ratione substantiae unamquamque partem arctiorem unionem cum suo toto habere concipio. Nam ut antehac in prima mea epistola,

quam Rhenoburgi adhuc habitans tibi scripsi<sup>1)</sup>, conatus sum demonstrare, quum de natura substantiae sit esse infinitam, sequi ad naturam substantiae corporeae unamquamque partem pertinere, nec sine ea esse aut concepi posse. §. 7. Vides igitur, qua ratione, et rationem, cur sentiam, corpus humanum partem esse naturae . . . .<sup>2)</sup>

### B. Res singulares cogitantes.

Quae afferri possunt, sunt fere haec: „Idea rei singularis actu existentis modus singularis cogitandi est et a reliquis distinctus.“ Eth. II. prop. 9. demonstr.

„Esse formale idearum Deum, quatenus tantum ut res cogitans consideratur, pro causa agnoscit, et non quatenus alio attributo explicatur; hoc est, tam Dei attributorum quam rerum singularium ideae non ipsa ideata sive res perceptas pro causa efficiene agnoscunt, sed ipsum Deum, quatenus est res cogitans.“ Eth. II. prop. 5.

„Idea rerum singularium sive modorum non existentium ita debent comprehendendi in Dei infinita idea, ac rerum singularium sive modorum essentiae formales in Dei attributis continentur“ Eth. II. prop. 8., cuius coroll. et schol. supra jam pg. 7. allatum est.

„Idea rei singularis actu existentis Deum pro causa habet, non quatenus infinitus est, sed quatenus alia rei singularis actu existentis idea affectus consideratur, cuius etiam Deus est causa, quatenus alia tercia affectus est, et sic in infinitum.“ Eth. II. 9. Coroll. „Quicquid in singulari cujuscumque ideae objecto contingit, ejus datur in Deo cognitione, quatenus tantum ejusdem objecti ideam habet.“

„Idea quae esse formale humanae mentis constituit, non est simplex, sed ex plurimis ideis composita.“ Eth. II. 15.

„Quicquid corporis nostri agendi potentiam auget vel minuit, juvat vel coercet, ejusdem rei idea mentis nostrae cogitandi potentiam auget vel minuit, juvat vel coercet.“ Eth. III. 11.<sup>3)</sup>

„Unaquaque cujuscumque corporis vel rei singularis actu existentis idea Dei aeternam et infinitam essentiam necessario involvit.“ Eth. II. 45. Schol.: „Hic per existentiam

<sup>1)</sup> Ep. 2.

<sup>2)</sup> Schol. med. prop. 11. Eth. III.: „In scholio prop. 17. part. 2. ostendimus, idem, que mentis essentiam constituit, corporis existentiam tam diu involvere, quam diu ipsum corpus existit. Deinde ex iis, quae in coroll. prop. 8. part. 2. et in ejusdem schol. ostendimus, sequitur, praesentem nostrae mentis existentiam ab hoc solo pendere, quod sc. mens actualis corporis existentiam involvit. Denique mentis potentiam, qua ipsa res imaginatur caramque recordatur, ab hoc etiam pendere ostendimus (vid. prop. 17. et 18. part. 2. cum ejus schol.), quod ipsa actualis corporis existentiam involvit. Ex quibus sequitur, mentis praesentem existentiam ejusque imaginandi potentiam tolli; similatque mens praesentem corporis existentiam affirmare desinit. At causa, cur mens hanc corporis existentiam affirmare desinit, non potest esse ipsa mens (per prop. 4. hujus), nec etiam quod corpus esse desinit. Nam (per prop. 6. part 2.) causa, cur mens corporis existentiam affirmit, non est, quia corpus existere incipi (quare per eandem rationem, nec ipsius corporis existentiam affirmare desinit, quia corpus esse desinit); sed (per prop. 8. part 2.) hoc ab alia idea oritur, quae nostrae corporis, et consequenter nostrae mentis praesentem existentiam secludit, quaeque adeo idea, quae nostrae mentis essentiam constituit, est contraria.“

non intelligo durationem, hoc est, existentiam, quatenus abstracte concipitur et tanquam quedam quantitatis species. Nam loquor de ipsa natura existentiae, quae rebus singularibus tribuitur, proprieta quod ex aeternae necessitate Dei naturae infinita infinitis modis sequuntur. Vid. prop. 16. part. I. Loquor, inquam, de ipsa existentia rerum singularium, quatenus in Deo sunt. Nam etsi unaquaque ab alia re singulari determinetur ad certo modo existendum; vis tamen qua unaquaque in existendo perseverat, ex aeterna necessitate naturae Dei sequitur. Quia de re vide coroll. prop. 24. part. 1.<sup>4)</sup>

„Cognitio aeternae et infinitae essentiae Dei, quam unaquaque idea involvit, est adaequata et perfecta.“ Eth. II. 46.

„Cogitatio attributum Dei est, sive Deus est res cogitans. Eth. II. prop. 1. Dem.: Singulares cogitationes sive haec et illa cogitatio modi sunt, qui Dei naturam certo et determinato modo exprimunt (per coroll. prop. 25. part. 1.) Competit ergo Deo (per defin. 6. part. 1.) attributum, cuius conceptum singulares omnes cogitationes involvunt, per quod etiam concipiuntur. Est igitur cogitatio unum ex infinitis Dei attributis, quod Dei aeternam et infinitam essentiam exprimit (vid. def. 6. part. 1.) sive Deus est res cogitans; q. e. d.“

„. . . . mens nostra, quatenus intelligit, aeternus cogitandi modus . . . , qui alio aeterno cogitandi modo determinatur, et hic iterum ab alio, et sic in infinitum, ita ut omnes simul Dei aeternum et infinitum intellectum constituant.“ Eth. V. 40. schol.

Ep. 15. §. 7. „Vides igitur, qua ratione, et rationem, cur sentiam, corpus humanum partem esse naturae. Quod autem ad mentem humanam attinet, eam etiam partem naturae esse censeo; nempe quia statu, dari etiam in natura potentiam infinitam cogitandi, quae quatenus infinita, in se continet totam naturam objective et cuius cogitationes procedunt eodem modo, ac natura ejus, nimirum idearum. §. 8. Deinde mentem humanam hanc eandem potentiam statu; non quatenus infinitam et totam naturam percipientem, sed finitam, nempe quatenus tantum humandum corpus percipit et hac ratione mentem humanam partem cuiusdam infiniti intellectus statu.“

### C. Rerum extensarum et cogitantium conjunctio et consensus.

Res finitae, singulares quum substantiae attributa „certo et determinato modo exprimant,<sup>5)</sup>“ unumquodque autem attributum per se concepi debeat;<sup>6)</sup> in extensas — ut jam vidimus — et cogitantes i. e. in corpora et ideas secernuntur, et „cujuscumque attributi modi Deum, quatenus tantum sub illo attributo, cuius modi sunt, et non quatenus sub ullo alio considerantur, pro causa habent.“ Eth. II. prop. 6.

„Hinc sequitur, quod esse formale rerum, quae modi non sunt cogitandi, non sequitur ideo ex divina natura, quia res prius cognovit; sed eodem modo eademque necessitate res ideatae ex suis attributis consequuntur et concluduntur, ac ideas ex attributo cognitionis consequi ostendimus.“ Eth. II. 6. coroll.

<sup>4)</sup> Eth. I. 25. cor.

<sup>5)</sup> Eth. I. 10. Schol. I. Def. 4.

Quod si altera ex parte extensionis et cogitationis modi se invicem prorsus excluant, altera ex parte attributa unum idemque significant, substantiam, unde originem ducit propositio illa 7. Eth. II. saepissime laudata: „ordo et connexio idearum idem est ac ordo, et connexio rerum,“ qua quid contingere diserte in ipsius coroll. et schol. dictum est: Coroll.: „Hinc sequitur, quod Dei cogitandi potentia aequalis est ipsius actuali agendi potentiae; hoc est, quicquid ex infinita Dei natura sequitur formaliter, id omne ex Dei idea eodem ordine eademque connexione sequitur in Deo objective.“ Schol.: „Hic antequam ulterius pergamus revocandum nobis in memoriam est id, quod supra ostendimus; nempe quod quicquid ab infinito intellectu percipi potest, tanquam substantiae essentiam constituentis, id omne ad unicam tantum substantiam pertinet; et consequenter, quod substantia cogitans et substantia extensa una eademque est substantia, quea jam sub hoc jam sub illo attributo comprehenditur. Sic etiam modus extensionis et idea illius modi una eademque res est: sed duobus modis expressa“ . . . . quibuscum conjungendum Eth. II. prop. 13. scholion, ubi haec leguntur: „Ex his non tantum intelligimus, mentem humanam unitam esse corpori, sed etiam, quid per mentis et corporis unionem intelligendum sit. Verum ipsam adaequate sive distincte intelligere nemo poterit, nisi prius nostri corporis naturam adaequate cognoscat. Nam ea, quae hucusque ostendimus admodum communia sunt, nec magis ad homines, quam ad reliqua individua pertinent, quae omnia, quamvis diversis gradibus, animata tamen sunt. Nam cujuscumque rei datur necessario in Deo idea, cuius Deus est causa eodem modo ac humani corporis idea: atque adeo quicquid de idea humani corporis diximus, id de cujuscumque rei idea necessario dicendum est. Attamen ne etiam negare possumus, ideas inter se ut ipsa objecta differre, unamque alia praestantior esse plusque realitatis continere, prout objectum unius objecto alterius praestantium est, plusque realitatis continent; ac propterea ad determinandum, quid mens humana reliquis intersit, quidque reliquis praestet, necesse nobis est, ejus objecti, ut diximus, hoc est, corporis humani naturam cognoscere. Eam autem hic explicare nec possum, nec id ad ea, quae demonstrare volo, necesse est. Hoc tamen in genere dico, quo corpus aliquod reliquis aptius est, ad plura simul agendum vel patiendum, eo ejus mens reliquis aptius est ad plura simul percipendum; et quo unius corporis actiones magis ab ipso solo pendent, et quo minus alia corpora cum eodem in agendo concurrunt, eo ejus mens aptior est ad distincte intelligendum. Atque ex his praestantiam unius mentis prae aliis cognoscere possumus; deinde causam etiam videre, cur nostri corporis non nisi admodum confusam habeamus cognitionem et alia plura, quae in sequentibus ex his deducam.“ . . . .

Locis ex ipsis fontibus ad explicandam Spinozae de rebus singularibus doctrinam bausis et quantum fieri potuit in ordinem quandam redactis, restat ut videamus, quid de illa ipsa judicandum sit.

### DIJUDICATA SPINOZAE DE REBUS SINGULARIBUS DOCTRINA.

Partes ex toto sunt dijudicandae, qua re, ut via ac ratione progrediamur, primum, quatenus nostrum spectaculum finem, quid sint res singulares in Spinozae philosophia, est exponentum, deinde, quia suus cuique rei insitus est modus et mensura, de universa Spinozae philosophia i. e. et de ipsis principiis et ipsorum perpetuitate et constantia judicium ferendum, denique hoc ipsum ad questionem propositam adhibendum, unde sponte patebit, quid et ex totius doctrinae proprietate et omnino de Spinozae rebus singularibus judicandum sit i. e. apparebit et quae consentanea sint principiis et quae inter se repugnant.

Spinoza proficiuntur a Cartesio, qui cogitationem et extensionem habebat duas prorsus se invicem excludentes substantias, quae per tertiam substantiam, Deum, cohaerent. Spinoza id tantum agens, ut mundi et eorum, quae ubique flunt, unitatem et necessitatem intelligenter, tertia illa substantia remota, duas priores vocabat attributa, unde una tantum substantia, duorum attributorum unitas, remanebat.

Spinoza quum nihil probaret nisi cause efficientis necessitatem, finis notionem funditus improbat, alio modo emergi ex his difficultatibus non potuit.

Nulla ulius hominis doctrina tali perpetuitate et constantia hoc principium ante oculos nobis posuit. Hinc autem sit, ut ex ipsis praecipue doctrina intelligendum sit, hoc principium: maxima tantum libidine et evidentissima dissensione ad explicandam rerum naturam adhiberi posse in ipsoque liberum unumquodque singulare, proprium in nihilum resolutum. Jam vero ea complectamur, unde, quid sint res singulares in Spinozae philosophia, appareat:

Una sola est substantia, cuius certitudo in ea ipsa, in ipsa ipsis notione sita est.<sup>1)</sup> Substantia est id, quo omnia continentur, est quasi purissimae unitatis „individuum,<sup>2)</sup> quocumque discrimine carens, necessarium, non mente tantum perceptum, sed res vera, infinita, immensa.<sup>3)</sup> Omnia „ipsius tantum essentiam exprimunt,“ certa, definita, singula in ipsa non sunt. Attributa quidem inter se distinguuntur cogitatione et extensione, in substantia vero nullum ipsorum est discrimen, natura in ipsa sunt conjuncta, unica sola est substantia, quea in ipsis appareat, utrumque attributum unius ejusdemque essentiae est signum.<sup>4)</sup>

Vere igitur attributa intelliguntur, si, discrimine omni remoto, „substantiam solam exprimentia“ percipiuntur.

Eodem modo res singulares vere tantum intelliguntur, si discriminis expertes,

<sup>1)</sup> Eth. I. def. 3. 1. cf. def. 5. Prop. 7. 11. Ep. 27. §. 3. De int. em. c. 12. §. 92.

<sup>2)</sup> Hanc vocem eo tantum sensu usurpamus, quo Sp. in schol. lem. 7. post prop. 13. Eth. II. „Et si sic porro in infinitum pergamus, facile concipiemos, totam naturam unum esse individuum, ejus pars, hoc est, omnia corpora infinitis modis varians abeque ulla totius individui mutatione.“

<sup>3)</sup> Eth. I. 10. 14. cf. coroll. Prop. 20. 34. De int. em. 9. §. 46. Eth. I. 25. schol. Eth. I. 15. ejusque schol. Ep. 15. Eth. II. schol. Lem. 7. post prop. 13. Ep. 29. §. 5. 6. 7. cf. Eth. I. 8. 12. 13.

<sup>4)</sup> Eth. I. def. 4. Prop. 10. 14. Eth. II. 7. praecip. schol. Ep. 27. §. 8. 9.

„substantiam solam exprimentes“ percipiuntur; nam nihil sunt nisi modi, affectiones substantiae apparentis duobus attributis cogitationis et extensionis.<sup>1)</sup>

Modi igitur extensionis et cogitationis sunt quidem in substantia, non vero ut singuli, certi, diversi, sed *discriminare omni deleto unam eandemque essentiam* i.e. substantiam constituentes. Qua re ipsi „revera non sunt, nisi quatenus substantia sunt eamque exprimentur,“ unde patet nihil esse cogitandum nisi ipsorum unitatem *omnis discriminis* experientem.

Modos extensionis et cogitationis pari esse dignitate neque alteros alteris inferiores aut superiores apparet ex attributorum essentia ipsorumque ad substantiam relatione.

*Omnia ad substantiam spectare manifestum;* nam tales tantum definitiones, axiomata, postulata etc. afferuntur, quae *omnia in substantiam convertunt.* Quare videntur quidem modi aliquid esse, sed iisdem artibus, quibus quasi agnoscantur, funditus delentur.

Suo jure igitur Spinoza his verbis utitur: „et ut verbo dicam: eo sensu, quo Deus (substantia) dicitur causa sui, etiam omnium rerum causa dicendum est“ (Eth. I. prop. 25.), et his: „Est nimirum hoc ens unicum, infinitum, hoc est omne esse et praeter quod nullum datum esse.“ De int. emend. 9. §. 76.

Inde fit, ut in substantia quatenus est causa sui et omnium rerum i.e. quatenus est causa simul et effectus, nulla agnoscatur differentia; in ipsa enim causa et effectus unum et idem sunt, unde non mirandum illud: „revera cognitio effectus nihil aliud est quam perfectiorem causae cognitionem acquirere“ (De int. emend. c. 12, §. 92.) et illud: „cognitio effectus per causam nihil aliud est, quam cause proprietatem aliquam cognoscere.“ (Tract. theol. pol. c. IV. §. 11.)

Hoc modo effectus quoque notio devoratur causa efficiente.

Necessario in tali substantia finis notio prorsus deest, quippe cui ibi tantum sit locus, ubi singularum et totius differentia agnosciuntur, ubi totum efficit membra et haec iterum illud constituent, ubi temperatura quadam utrumque se pervadit, inter se postulat, animat, nec vero ubi res sunt tantum, quia sunt, ubi discrimen unumquodque funditus est deletum. Causa efficientis sola illud est, quod revera est, quod omnia devorat et dissolvit; quae sua quadam vi ac natura videntur esse, ad nihilum rediguntur infinita causarum cohaerentia, quae omnem proprietatem evertit et in se solvit.

Finis notionem prorsus deesse, solam causam imperare efficientem praecipue patet ex relatione, quae intercedit inter substantiam et attributa: Extensionis enim et cogitationis attributa modo „*unum idemque*“ — substantiam — exprimitur<sup>2)</sup> neque penetrant se invicem; utrumque attributum, alterum radicus excludens alterum, viam suam permettit; alterum alterius est expers, quamvis artissime, omnibus causis remotis, alterum alterius coniunctum sit; postremo: dici tantum potest, utrumque simul et una esse.

Inde necessario fit, ut cogitatio nihil sit nisi extensionis affirmatio, unde efficitur physicis causis ordinata necessitas<sup>3)</sup> finis notionem, vim, naturam funditus evertens. Finis deest extensioni, quare necessario cogitationi; postremo, „ut (Deus) nullus finis causa

existit, nullius etiam finis causa agit“ (Eth. IV. praef.); „Dei existentia, essentia, potentia unum et idem sunt.“ Eth. I. 20. 34.

Quae in substantia ejusque attributis jam sancta est extensionis major auctoritas prae cogitatione h. e. sumnum illud physicis tantum legibus operantis causae efficientis imperium, maxime appetit in rebus singularibus.

Quod si quaerimus, quomodo fieri possit, ut Spinoza „unicam, indivisibilem,“ omnis discriminis expertem substantiam proponens de rebus loquatur singularibus easque in controversiam vocet, ad haec jam in antecedentibus respondebamus.

Vix enim ac ratione, qua ex Spinoza sententia res singulares agnoscantur et introduciuntur, radicus ipsae evertuntur ipsarumque definitio adhibetur tali sensu, quo regardantur ad nihilum, resolvantur in substantiam.

Modorum definitionem, quae legitur Eth. I. def. 5. „per modum intelligo substantiae affectiones sive id quod in alio est, per quod etiam concipiuntur“ et corollarium prop. 25. Eth. I. „res particulares nihil sunt nisi Dei attributorum affectiones sive modi, quibus Dei attributa certo et determinato modo exprimuntur,“ si conjugimus cum iis, quae ep. 34. 41. 29. a Spinoza exposita sunt, manifestum est, rerum singularium, omnino modorum, quin etiam attributorum essentiam, positam esse in negatione, niti haec sententia: „omnis determinatio negatio.“ Quae ut recte intelligentur, necesse est apponi haec verba Ep. 34. §. 8. „Dico igitur primo privationem non esse privandi actum, sed tantum simplicem et meram carentiam, quae in se nihil est; est quippe eis rationis tantum vel modus cogitandi, quam formamus, quem res invicem comparamus . . . . §. 10. Et idcirco eo respectu melior appetitus non est privatio, sed negatio. Adeo ut privatio nihil aliud sit, quam aliquid de re negare, quod judicamus ad suam naturam pertinere et negatio nil aliud, quam aliquid de re negare, quia ad suam naturam non pertinet.“

Sponte patet hac ratione rebus singularibus nihil certi, nihil proprii tribui, nihil agnosciri nisi res singulares esse, quia sint, modum nihil esse nisi substantiam quatenus hoc ipso modo explicetur sive hunc modum constitutus percipiatur.

Qua re sunt quidem in substantia res singulares, sed cum reliquis artissime coniunctae, ita ut singulis certum quoddam et proprium, a reliquis independens discriminisque particeps tribuendum non sit, neque ultra differentia singulis ponatur in substantia.

Quod si tali modo res singulares substantia necessario comprehensas aeterna quadam cogitandi ratione percipimus, „adaequate“ i.e. recte ipsae intelliguntur.

Qui vero fieri potest, ut nihilominus singula percipiamus, tamquam certa quaedam, propria, definita, diversa? Causa sita est in „imaginatione“ i.e. in ideis inadaequalis et confusa.

Paulo altius hoc loco nobis est repetendum et Spinozae ex sententia idearum vis atque natura expoundenda.

Eth. II. prop. 7. haec est: „ordo et connexio idearum idem est ac ordo et connexio rerum.“ In schol. huj. prop. haec leguntur: „ . . . quicquid ab infinito intellectu percipi potest

<sup>1)</sup> cf. pract. Eth. II. 11. coroll. Eth. I. 15, fin. schol. Ep. 15. Eth. II. 8. coroll. cf. Eth. II. 7.

<sup>2)</sup> Eth. II. def. 5. Eth. II. def. 7. (cf. Eth. I. prop. 28.) Prop. 25 coroll. Prop. 8. schol. 2. 15. schol.

<sup>3)</sup> Eth. II. 6. ejusque coroll. Eth. I. 32. coroll. 1. 2. Eth. I. 16.

tanquam substantiae essentiam constituens, id omne ad unicam tantum substantiam pertinet et consequenter, quod substantia cogitans et substantia extensa una eademque est substantia, quae jam sub hoc jam sub illo attributo comprehenditur. Sic etiam modus extensionis et idea illius modi una eademque est res, sed duobus modis expressa . . .<sup>1)</sup>

Eth. II. prop. 13. schol. haec exstant: „. . . quae hucusque ostendimus admodum communia sunt, nec magis ad homines, quam ad reliqua individua pertinent, quae omnia quamvis diversis gradibus animata tamen sunt . . .“

et haec: „. . . quo corpus aliquod reliquis aptius est ad plura simul agendum vel patientium, eo ejus mens reliquis aptior est ad plura simul percipiendum; et quo unius corporis actiones magis ab eo solo pendent et quo minus alia corpora cum eodem in agendo concurrunt, eo ejus mens aptior est ad distincte intelligendum.“

„Res singularis, quae homo vocatur, modus est substantiae attributa certo et determinato modo exprimens.“ Eth. II. 10. c. coroll.

„Primum, quod actuale mentis humanae esse constituit, nihil aliud est quam idea rei alicuius actu existentis“ (Eth. II. prop. 11. cf. Eth. II. prop. 8. coroll.), et: „Objectum ideae humanam mentem constituentis est corpus sive certus extensionis modus actu existens et nihil aliud“ Eth. II. 13.

„Hinc sequitur hominem mente et corpore constare et corpus humanum prout ipsum sentimus existere.“ Eth. II. 13. coroll.

„Corpus humanum multis valde compositis constat corporibus.“<sup>2)</sup>

Ex modorum notione, quae prorsus nititur attributis eorumque ad substantiam relatione, sequitur corpus et animum altera ex parte radicitus esse separatum, ita ut neque mens vim ullam habeat ad corpus neque corpus ad mentem<sup>3)</sup>; altera ex parte corpus et animum „unum idemque esse individuum, sed duobus modis aut extensionis aut cognitionis attributo expressum.“<sup>4)</sup>

In his corporis animique sita est conjunctio et consensus.  
Animus igitur quum modus sit cogitandi ad corpus referendus, omnia etiam, quae in corpore sunt, percipiat necesse est, ita ut hoc ipsum corpus ejusque mutationes et affectiones sibi ipsi sentienda et cogitanda sint,<sup>5)</sup> neque alii nisi „ideis“ hinc oriundis se ipsum et corpus percipiat.<sup>6)</sup>

Quae humani corporis omniumque corporum mutationes sive affectiones nullam aliam nisi corpoream habent causam atque motus et quietis legibus sunt<sup>7)</sup>; „omnes autem modi, quibus corpus aliquod ab alio affectetur corpore, ex natura corporis affecti et simul ex natura corporis affluentis sequuntur: ita ut unum idemque corpus diversimode moveatur

<sup>1)</sup> cf. Eth. II. prop. 13. post. 1–6. def. post ax. 2. lemmatis III. Eth. II. def. 7.

<sup>2)</sup> Eth. III. 2.

<sup>3)</sup> Eth. II. 7. schol. III. 2. schol. II. 13. c. schol.

<sup>4)</sup> Eth. II. 12. 13. et ax. 2. cor. Prop. 14.15.

<sup>5)</sup> Eth. II. 23. 19. 13.

<sup>6)</sup> Huc referenda omnia, quae Eth. II. prop. 13. et 14. addita sunt

pro diversitate naturae corporum moventium et contra, ut diversa corpora ab uno eodemque corpore diversimode moveantur.“ Eth. II. 13. Ax. 1.

Hinc sequitur corpus humanum quum et artissime conjuncta sint omnia corpora et „ipsum ex plurimis corporibus sive individuis quorum unumquodque valde compositum est, conset,“ maxime diverso modo et offici et alia asticere.

Unde appetat et ad homines et singula omnia actiones et passiones pertinere, de quibus hoc modo exponit Spinoza: „nos tum agere dico, quum aliquid in nobis aut extra nos sit, cuius adaequata sumus causa, hoc est (per def. praeced.: causam adaequatam appello eam, cuius effectus potest clare et distincte per eandem percipi. Inadaequatam autem seu particularem illam voco, cuius effectus per ipsam solam intelligi nequit.) quum ex nostra natura aliquid in nobis aut extra nos sequitur, quod per eandem solam potest clare et distincte intelligi: At contra nos pati dico, quum in nobis aliquid sit vel ex nostra natura sequitur, cuius nos non nisi partialis sumus causa.“ Eth. III. def. 2. et 1.

Eodem modo „animus patitur aut agit aliquid prout inadaequata aut adaequata est causa suarum mutationum, affectionum sive idearum h. e. prout, inadaequatas aut adaequatas ideas format;“ nam animi essentia, quum ipse sit modus cogitandi, singulis cernitur ideis et his ipsis constat.

„Partialis sive inadaequata causa ideae alicuius animus tum est, quum ideas singularum affectionum sui corporis aut his ipsis ideas aliorum corporum format“<sup>8)</sup>; quare hoc si sit et de se ipso et corpore suo ejusque affectionibus „inadaequatas“ solum i. e. „confusas habet ideas,“ idemque illud de ideis, quas animus ideis affectionum corporis sui percipit de reliquis corporibus, dicendum est.

Nam ut „affectione quaecumque nostri corporis exprimit simul naturam hujus et corporis affluentis,“ sic etiam „idea ejuscumque affectionis utriusque naturam involvit.“<sup>9)</sup>

Eadem ratio intercedit inter ideas de rebus formatas, quae jam non amplius sunt aut omnino non coram praesentibus sunt. Patet hoc ex coroll. prop. 17. Eth. II., ubi haec leguntur: „Mens corpora externa, a quibus corpus humanum semel affectum fuit, quamvis non existant nec praesentia sint, contemplari tamen poterit velut praesentia essent.

Demonstr. Dum corpora externa corporis humani partes fluidas ita determinant, ut in moliores saepe impingant, earum plana (per post. 5.) mutant. Unde sit (vide ax. 2. post. coroll. lemm. 3.) ut inde alio modo reflectantur, quam antea solebant, et ut etiam postea iisdem novis planis spontaneo suo motu occurendo, eodem modo reflectantur, ac quum a corporibus externis versus illa plana impulsae sunt, et consequenter, ut corpus humanum, dum sic reflexas moveri pergunt, eodem modo affluent, de quo mens (per prop. 12. hujus) iterum cogitat, hoc est (per prop. 17. hujus) mens iterum corpus externum ut praesens contemplabitur; et hoc toties, quoties corporis humani partes fluidae spontaneo suo motu iisdem planis occurrent. Quare quamvis corpora externa, a quibus corpus humanum affectum semel fuit, non existant, mens tamen eadem toties ut praesentia contem-

<sup>8)</sup> Eth. II. prop. 22–31.

<sup>9)</sup> Eth. II. 16. praecep. cor. 2. cf. praet. prop. 25. 26. et 22–31.

plabitur, quoties haec corporis actio repetetur; q. e. d.<sup>1)</sup> Cum quibus artissime cohaeret memoria et quomodo orientur et conjungantur inter se certae quedam ideae,<sup>2)</sup> quod posteriore tempore vocabunt „idearum associationem.“

„Inadequatas et confusas ideas“ comprehendit Spinoza imaginationis<sup>3)</sup> nomine, quae omnino inde originem dicit, quod animus sensuum solis perceptionibus externisque incitatibus affectionibus ad singula tantum et finita spectat; quare tales ideae ex ipso solo intelligi nequeunt ipseque non est ipsarum causa adaequata, unde patitur aliquid animus quatenus inadæquatas habet ideas.

Longe alter se habent ideae adaequatae, quae in unum conjunctae efficiunt intellectum, quibus in conformandis mens non externis et finitis rationibus incitatur, sed cogitans et vere intelligens ea tantum circumspicit, quae omnibus communia eodemque modo in parte ac in toto sunt omniunque rerum veram essentiam constituant.

Ex sola igitur animi essentia tales ideae intelligi possunt, unde animus ipsarum adaequata est causa<sup>4)</sup> i. e. „non patitur, sed agit.“

Quare „nos eatenus“ tantum „patimur, quatenus naturae sumus pars, quae per se absque alius non potest concepi.“<sup>5)</sup>

Jam vero „inadequatae quoque et confusae ideae eadem necessitate consequuntur ac adaequatae, sive clarae et distinctae“ (Eth. II. 36.) et „omnes ideae quatenus ad deum referuntur vere sint“ (Eth. II. 32.), nam „inadequatae haberi tantum possunt, quatenus ad singularem aliquis mentem referuntur“ (Eth. II. 36. demonstr.), quoniam „qua ratione res constituta sint, ejus rei adaequata cognitio datur in Deo, quatenus earum omnium ideas et non quatenus tantum humani corporis ideam habet.“ Eth. II. 30. cf. 32. 33.

Exposita rerum naturae intelligendae et explicanda via ac ratione ex Spinozae doctrina, jam de hac ipsa deque rebus singularibus, quatenus nostrum respicimus finem, judicium est ferendum.

A Spinoza nullo alio modo ac factum est extensionem et cogitationem potuisse et conjungi et explicari, supra significavimus.

Una igitur substantia diversum quodque et oppositum extinxisse, obloquendi repugnandi studium sustulisse sibi videtur Spinoza. Cogitationem et extensionem nihil esse contendit nisi substantiae vim atque naturam, quae sit unica, discriminis expers; utrumque attributum „unam tantum exprimere substantiam,“ ad quam nihil referat, utrum habeatur pro extensione an cogitatione, unde quidem, quod ad substantiam pertineat, attributa discriminis careant, non vero inter se.

Talem autem unitatem nihil esse nisi opinionem solis verbis affirmatam sponte patet. Spinoza enim neque ostendit, quomodo fieri possit, ut in una eademque re talis,

<sup>1)</sup> cf. praet. Eth. II. postul. 5. post. prop. 13. Eth. III. postul. 2. et 1.

<sup>2)</sup> Eth. II. 18. De int. em. XI. §. 83.

<sup>3)</sup> Eth. III. 17. schol. 29. cor. 40. schol. 2. De int. em. c. XI. §. 82. 89. IX. §. 73. sub. fin.

cf. Eth. II. 24—31. m. al. 1.

<sup>4)</sup> Eth. II. def. 4. Prop. 36—39. 40. schol. Ep. 42. §. 2. De int. em. 4. §. 19—29. cf. Eth. III. def. 2

<sup>5)</sup> Eth. III. 3. IV. 2. 4. coroll.

Protei similis vis atque natura insit, neque in substantia ipsa quidquam est necessitatis talium proprietatum i. e. attributa via quadam externa definitionum auxilio substantiae sunt tributa.

Substantia nihil habet proprii et certi, nihil est nisi omnino τὸ εἶναι, unde nihil aliud nobis valet praeter notionem sola mente perceptam.

Ratio igitur et via, qua extensio et cogitatio unita sunt, prorsus est incerta, exteriora, obscura; id tantum pronuntiatum, utrumque attributum nulla causa intercedente considerandi substantia et hac ipsa unum et idem esse i. e. utriusque unitatem in notione τὸ εἶναι ponit. Quae quidem unitas non in attributis ipsis sita est neque revera ipsarum via ac natura postulata et effecta.

Quare omnia etiam, quae Spinoza et ex substantiae et ex attributorum notione, natura, relatione deducit, probari non possunt, quia justo ac necessario carent fundamento.

Paucis praeterea hic repetam, cogitationem, quum substantiae notio vaga sit atque soluta, prorsus opprimi extensione nihilque esse nisi illius umbram et affirmationem eademque de causa parem illam otriusque attributi dignitatem et auctoritatem principio jam esse laesam; quod luce clarius testantur res singulares.

Eo pervenimus, unde si adhibemus ea, quae hucusque allata sunt, de rebus singularibus iudicium ferre licet.

Quid ergo judicandum est de rebus singularibus ex Spinozae sententia? Revera non sunt! Ex „confusa et inadæquata“ rerum naturae perceptione oriuntur!

Supra jam expositum est quum nihil esse nisi substantiam tum modos, ad quos referenda sunt res finitas, singulares, eo tantum sensu adhiberi, quo redigantur in nihilum, resolvantur in substantiam, simulque vidimus iisdem de causis rebus singularibus certi quidquam et proprii nec tributum esse nec tribui posse, quin etiam determinationem, quae sit natura rerum singularium nihil esse „positivi,“ sed negationem.

Quae quidem omnia testatur — de qua supra diximus — imaginatio illa i. e. via ac ratio, qua percipiuntur res singulares. Imaginatio, qua res ut finitas, certas, diversas, postremo singulares percipimus, non est vera rerum cognitio. Vera enim sive adaequata rerum cognitio proficiuntur a tertio illo intelligendi genere, in quo singulare, certa contemplandi non est locus, quo omnia „aeterna quadam cogitandi ratione, quae tantum ea respicit, quae omnibus communia sunt,“ percipiuntur. „Id“ autem, „quod omnibus communis quodque aequum in parte ac in toto est, nullius rei singularis essentiam constituit.“<sup>6)</sup>

Apparet res extensas eodem modo ac res cogitantes, quum utrisque eadem sint conditiones, evanescere et resolvi in attributa extensionis et cogitationis, haec autem ipsa in substantiam i. e. necessitatem τὸ εἶναι.

Afferam hic ultimam partem schol. prop. 15. Eth. I. (pg. 199.), ubi haec leguntur: „Haec sunt, quae apud scriptores invenio argumenta, quibus ostendere conantur substantiam corpoream divina natura indignam esse, nec ad eandem posse pertinere. Vennam enim vero, si quis recte attendat, me ad haec iam respondisse comperiet; quandoquidem haec argumenta

<sup>6)</sup> Eth. II. prop. 44. coroll. II. demonstr. cf. Prop. 38. et 37. Eth. II.

in eo tantum fundantur, quod substantiam corpoream ex partibus componi supponunt, quod jam (prop. 12. cum coroll. prop. 13.) absurdum esse ostendi. Deinde si quis rem recte perpendere velit, videbit, omnia illa absurdia (si quidem omnia absurdia sunt, de quo jam non disputo), ex quibus concludere volunt, substantiam extensam finitam esse, minime ex eo sequi, quod quantitas finita supponatur, sed quod quantitatem infinitam mensurabilem et ex partibus finitis conflari supponunt; quare ex absurdis, quae inde sequuntur, nihil aliud concludere possunt, quam quod quantitas infinita non sit mensurabilis et quod ex partibus finitis conflari non possit. Atque hoc idem est, quod nos supra (prop. 12. etc.) jam demonstravimus. Quare telum, quod in nos intendunt, in se ipsos revera conjiciunt. Si igitur ipsi ex suo hoc absurdo concludere tamen volunt, substantiam extensam debere esse finitam, nihil aliud hercule faciunt, quam si quis ex eo, quod finxit, circulum quadrati proprietates habere, concludit, circulum non habere centrum, ex quo omnes ad circumferentiam ductae linea sunt aequales. Nam substantiam corpoream, quae non nisi infinita, non nisi unica et non nisi indivisibilis potest concipi (vid. prop. 8. 5. et 12.), eam ipsi ad concludendum eandem esse finitam, ex partibus finitis conflari et multiplicem esse et divisibilem, concipiunt. Sic etiam alii, postquam fingunt, lineam ex punctis componi, multa sciunt invenire argumenta, quibus ostendant, lineam non posse in infinitum dividiri. Et profecto non minus absurdum est ponere, quod substantia corporea ex corporibus sive partibus componatur, quam quod corpus ex superficiebus, superficies ex lineis, lineae denique ex punctis componantur. Atque haec omnes, qui claram rationem infallibilem esse sciunt, fateri debent, et imprimit i*lli*, qui negant dari vacuum. Nam si substantia corporea ita posset dividiri, ut ejus partes realiter distinctae essent; cur ergo una pars non posset annihilari manentibus reliquis, ut ante, inter se connexis? et cur omnes ita aptari debent, ne detur vacuum? Sane rerum, quae realiter ab invicem distinctae sunt, una sine alia esse et in suo statu manere potest. Quum igitur vacuum in natura non detur (de quo alias), sed omnes partes ita concurrere debent, ne detur vacuum; sequitur hinc etiam, easdem non posse realiter distinguiri, hoc est substantiam corpoream, quatenus substantia est, non posse dividiri. Si quis tamen jam quaerat, cur nos ex natura ita propensi simus ad dividendam quantitatem; ei respondeo, quod quantitas duobus modis a nobis concipiatur, abstracte scilicet sive superficialiter, prout nempe ipsum imaginamur, vel ut substantia, quod a solo intellectu fit. Si itaque ad quantitatem attendimus, prout in imaginatione est, quod saepe et facilius a nobis fit, reperiunt finita divisibilis et ex partibus conflata; si autem ad ipsum, prout in intellectu est, attendimus, et eam, quatenus substantia est, concipimus, quod difficillime fit, tum, ut jam satis demonstravimus, infinita, unica et indivisibilis reperiatur. Quod omnibus, qui inter imaginationem et intellectum distinguere sciverint, satis manifestum erit; praecepit si ad hoc etiam attendatur, quod materia ubique eadem est, nec partes in eadem distinguuntur, nisi quatenus materiam diversimode affectam esse concipiimus, unde ejus partes modaliter tantum distinguuntur, non autem realiter. Ex. gr. aquam, quatenus aqua est, dividi concipiimus ejusque partes ab invicem separari: at non, quatenus substantia est corporea, eatenac enim neque separatur neque dividitur. Porro aqua, quatenus aqua, generatur et corruptitur; at quatenus substantia nec generatur nec corruptitur. Atque his

me ad secundum argumentum etiam respondisse puto; quandoquidem id in eo etiam fundatur, quod materia, quatenus substantia, divisibilis sit et ex partibus confletur. Et quamvis hoc non esset, nescio, cur divina natura indigna esset, quandoquidem (per prop. 14.) extra Deum nulla substantia dari potest, a qua ipsa patetur. Omnia, inquam, in Deo sunt, et omnia, quae sunt, per solas leges infinitae Dei naturae sunt, et ex necessitate ejus essentialiae (ut mox ostendam) sequuntur. Qua re nulla ratione dici potest, Deum ab alio pati, aut substantiam extensam divina natura indigna esse tametsi divisibilis supponatur,<sup>1)</sup> dummodo aeterna et infinita concedatur. Sed de his impraesentiarum satis<sup>2)</sup>,

et ep. 29. §. 4—8., ubi haec exstant: „Substantiae vero affectiones modos voco, quorum definitio, nullam existentiam involvere potest. Qua propter quamvis existant, eos ut non existentes concipere possumus. Ex quo porro sequitur, nos, ubi ad solam modorum essentiam, non vero ad ordinem totius naturae attendimus, non posse concludere ex eo, quod jam existant, ipsos postea exstituros aut non exstituros, vel antea exstitisse aut non exstitisse. Unde clare appareat, nos existentiam substantiae toto genere a modorum existentia diversam concipere. Ex quo oritur differentia inter aeternitatem et durationem. Per durationem enim modorum tantum existentiam explicare possumus; substantiae vero per aeternitatem, hoc est, infinitam existendi sive (invita Latinitate) essendi fruitionem, §. 5. Ex quibus omnibus clare, constat, nos modorum existentiam et durationem, ubi, ut saepissime fit, ad solam eorum essentiam, non vero ad ordinem naturae attendimus, ad libitum, et quidem propterea nullatenus quem eorum habemus conceptum destruendo, determinare, majorem minoremque concipi, atque in partes dividere posse: aeternitatem et substantiam, quandoquidem non nisi infinitam concipi possunt, nihil eorum pati posse, nisi simul eorum conceptum destruamus. Quare i*lli* prorsus garriunt, ne dicam insaniunt, qui substantiam extensam ex partibus sive corporibus ab invicem realiter distinctis conflatam esse putant. Perinde enim est ac, si quis ex sola additione et ovacervatione multorum circulorum quadratum aut triangulum, aut quid aliud tota essentia diversum conflare studeat. §. 6. Quare omnis illa farrago argumentorum, quibus substantiam extensam finitam esse ostendere philosophi vulgo molinuntur, sua sponte ruit. Omnia enim illa substantiam corpoream ex partibus conflatam supponunt. Ad eundem etiam modum alii, qui postquam sibi persuaserunt, lineam ex punctis componi, multa invenire potuerunt argumenta, quibus ostenderent lineam non esse in infinitum divisibilis. §. 7: Si tamen jam quaeras, cur naturae impulso adeo propensi simus ad dividendam substantiam extensem: ad id respondeo, quod quantitas duobus modis a nobis concipiatur; abstracte scilicet sive superficialiter, prout ope sensum

<sup>1)</sup> Haec inter multa alia afferit K. Thomas (Spinoza als Metaphysiker vom Standpunkte der historischen Kritik. Königsberg, 1840.) pg. 145. ad suam sententiam de Spinoza philosophia probandum; sed nihil inveniri potest, quod magis quam illa sententia repugnet quum toti Spinozae doctrinae saepissime disertis verbis explicatae tum ipsis scholi sententiarum nexui, cf. praet. Trendelenburg. lib. alat. pg. 35. C. v. Orelli (Spinoza's Leben und Lehre. Zweite Auflage. Karlsruhe 1850) pg. 33—36. 44—45. 110—115. Erdmann etiam (Vermischte Aufsätze. Leipzig. 1846. Abhandlung III. Die Grundsätze des Spinozismus.) pg. 189. haec dicit: „Diese Ansicht scheint uns nun unhaltbar.“

eam in imaginatione habemus, vel ut substantia, quod non nisi a solo intellectu fit. Itaque si ad quantitatem, prout est in imaginatione, attendimus, quod saepissime et facilius fit, ea divisibilis, finita, ex partibus composita et multiplex reperiatur. Sin ad eandem prout est in intellectu, attendamus, et res, ut in se est, percipiatur, quod difficillime fit, tum, ut satis antehac tibi demonstravi, infinita, indivisibilis et unica reperiatur.<sup>1)</sup> (ef. §. 8—13.)

Similia continentur epistola illa 15. supra maxima ex parte jam allata.

Quae quum ita sint, non mirandum, omnes illas notiones, quibus res singulares et extensas et cogitantes distinguuntur, vim suam atque naturam amittere et imaginationi adscribi.

Afferantur hic tantum notiones mensurae, temporis, numeri,<sup>1)</sup> figurae,<sup>2)</sup> boni, mali,<sup>3)</sup> perfectionis, imperfectionis,<sup>4)</sup> pulchritudinis, deformitatis,<sup>5)</sup> quae omnes ex Spinozae sententia ad res vere intelligendas nihil valent „nihil positivi habent nihilque sunt nisi modi solummodo cogitandi, nempe notiones, quas fingere solemus ex eo, quod ejusdem specie aut generis individua ad invicem comparamus.“ Eth. IV. praef.

Facile intellectu, haec cum principio convenire, nam extensioni per se spectatae quum neque boni quidquam neque mali, neque perfectionis, neque imperfectionis ceteris tribuantur, cogitatio autem nihil sit praeter extensionis affirmationem, tales „ideae non sunt adaequatae.“

Rerum singularium naturam et proprietatem revera esse sublatam inde etiam intelligi potest, quod a Spinoza prorsus delentur animi affectus, qui hoc modo definitur: „Affectus, qui animi pathema dicitur est confusa idea, qua mens majorem vel minorem sui corporis vel alicujus ejus partis existendi vim, quam antea affirmat, et qua data ipsa mens ad hoc potius, quam ad illud cogitandum determinatur.“ (Eth. III. sub fin. Affect. general. def.)

Qui quidem affectus ad hominem referuntur, quatenus imaginatione ducitur i. e. quatenus et ipse est res singularis et rebus singularibus afficitur; quare ex Spinozae sententia et ipse est res singularis et rebus singularibus afficitur;

<sup>1)</sup> Ep. 29. §. 8. „Porro ex eo, quod durationem et quantitatem pro libito determinare possumus, ubi scilicet hanc a substantia abstractam concipimus, et illam a modo, quo a rebus aeternis fit, separamus, oritur tempus et mensura; tempus nempe ad durationem, mensura ad quantitatem tali modo determinandam, ut, quod fieri potest, eas facile imaginemur. Deinde ex eo, quod affectiones substantiae ab ipsa substantia separamus et ad classes, ut eas, quoad fieri potest, facile imaginemor, redigimus, oritur numerus, quo ipsas determinamus. Et quibus clare videre est, mensuram, tempus et numerum nihil esse praeter cogitandi seu potius imaginandi modos.“ cf. etiam sqq. §§ et Ep. 50. §. 2.

<sup>2)</sup> Ep. 50. §. 4. „Quantum ad hoc, quod figura negatio, non vero aliquid positivum est; manifestum est, integrum materiam indefinite consideratam nullam posse habere figuram, figuramque in finitis ac determinatis corporibus locum tantum obtinere. Qui enim se figuram percipere ait, nil aliud eo indicat, quam se rem determinatam, et quo pacto ea sit determinata, concipere. Haec ergo determinatio ad rem juxta suum esse non pertinet; sed e contra est ejus non-esse. Quia ergo figura non aliud quam determinatio, et determinatio negatio est; non poterit, ut dictum, aliud quid quam negatio esse. cf. praef. ep. 72. §. 2. et op. 34. §. 8.

<sup>3)</sup> Eth. IV. praef. Tract. pol. II. §. 8. extr. Eth. I. Append. post prop. 36. Ep. 32. §. 4. De int. emend. II. §. 12. Ep. 34. §. 8—11. et §. 13—14. Ep. 36.

<sup>4)</sup> Ep. 41. §. 7. et 9. Praef. Eth. IV. Eth. I. Append. post prop. 36. Ep. 58. §. 8. Eth. II. def. 6.

<sup>5)</sup> Praef. Eth. IV. Ep. 58. 7—10. Eth. I. Append. post prop. 36. Ep. 15. §. 2.

tentia non tam coercendi quam ad uibulum redigendi sunt affectibus, quibus movetur homo, quateuus „adaequatas ideas habet“ i. e. quatenus rerum singularium vi ac natura tertio illo intelligendi genere delecta omnes res ex substantiae notione considerat.

Quorum affectuum summus est acquiescentia in se ipso,<sup>1)</sup> quae quidem necessaria transit in amorem Dei intellectualem (Eth. V. prop. 32. demonstr. et coroll.), qui est pars infiniti amoris, quo Deus se ipsum amat. (Eth. V. prop. 36.)

Legimus autem (Eth. V. 17.) „Deus nullo laetitiae neque tristitia affectu afficitur.“

Qui hoc fieri potest? „Deus neque ad maiorem neque ad minorem perfectionem transire potest, adeoque nullo laetitiae neque tristitia affectu afficitur.“ (ibid.)

Quodsi quidquam essent res singulares, affectus etiam agnoscendi debuit, at rerum singularium nulla essentia, nullus finis, quare affectuum etiam nullus locus!

Quae quidem omnia cum principio convenient et ex ipso consequuntur.

Jam vero plura sunt, quae principii constantiae et perpetuitati repugnant.

Primum enim intelligi nequit, quomodo oriantur res singulares ex substantia eorumque attributis; nequam explicatum, quo vinculo cum substantia cohaerent.

Rerum finitarum, singularium vi ac natura, quae contineuntur Eth. II. def. 7. (cf. Eth. I. def. 2. et def. 5. Eth. I. prop. 25. coroll.) et prop. illa 6. Eth. III.: „unaquaque res, quantum in se est, in suo esse perseverare conatur,“ quacum conjungenda prop. 7. Eth. III.: „conatus, quo unaquaque res in suo esse perseverare conatur, nihil est praeter ipsius rei actualem essentiali,“ ex principio neque potest deduci neque a Spinoza est deducta.<sup>2)</sup> Externis auxiliis et adjumentis i. e. definitionibus, axiomatis, postulatis ceteris proprium quodque et res finitae, singulares introducuntur; nullus talium rerum, ut supra jam ostensum, in substantia est locus; intelligi nequit, unde

<sup>1)</sup> Eth. V. prop. 27. Eth. III. affect. def. 25. Eth. IV. prop. 52. schol.

<sup>2)</sup> Afferam h. l. maxima ex parte, que jam exposuit Trendelenburg lib. allat. pg. 37—39: „Wir dürfen bei dieser Frage das Verhältniss des Einzelnen nicht ausser Acht lassen. Es gibt nur eine Substanz, die in sich ist; und die Sache, die in ihrem Sein zu beharren strebt, ist keine Substanz... Jene Sache ist nur ein Theil der Einen Substanz und alle Theile sind nur als Weisen des Daseins und nicht als wirkliche Dinge unterschieden (modaliter tantum, non realiter). Bestimmt von anderem Theilen kann der Theil nach dieser Ansicht nichts in sich sein; und noch viel weniger streben, in seinem Sein zu beharren. Es fehlt der Mittelpunkt, in welchem sich der Theil selbst besässe und von welchem sein Streben ausgehen könnte. Spinoza ist sogar geneigt, die Begriffe, welche den Theil als solchen bestimmen, wie Zahl und Mass, zu blossen Weisen der Vorstellung zu machen. Sollen nun die Theile nur in der Betrachtung der Imagination bestehen, wie Spinoza doch eigentlich will: so kommt damit das Gesetz der Selbstbehauptung, in welchem der Theil etwas in sich ist, in Widerspruch. Die endliche Sache (res finita) ist bei Spinoza nicht nachgewiesen, sondern aus der Definition, als verstände sich damit ihr Dasein von selbst, aufgenommen (Eth. I. def. 2. vgl. II. def. 7.). Als Modus ist sie in einem Andern und nicht in sich und wird nur durch jenes Andre begriffen (Eth. I. def. 5.). Wenn die Substanz, das Ursprüngliche, ihrem Wesen nach unendlich und allein in sich ist: so hätte dargethan werden müssen, wie das Endliche werde und wie es überhaupt in sich sein könne (unaquaque res, quantum in se est, in suo esse perseverare conatur). Wenn das bestimmte Ding in seinem Wesen beharzt, so beharret es in der Schranke, in der Negation. Wie reimt sich dies mit der Lehre von der unbeschränkten Substanz?.. Er nimmt nur in der Definition (Eth. II. def. 7.) an, dass mehrere Individuen (atomistisch ge-

veniat, quo evadat, negatio<sup>1)</sup> illa sive determinatio, cuius auxilio res singulares aliquid vindentur esse. Recte Sigwart dixit<sup>2)</sup>: „Es fehlt an einem principium individuationis und somit an der lebendigen copula zwischen der Substanz und den endlichen Dingen, wie an einer solchen copula zwischen den Attributen der Substanz.“<sup>3)</sup>

Spinoza disserit quidem eo tantum sensu de finitis, singularibus rebus, ut non sint nisi quatenus substantia sint, sed eo magis nobis quaerendum, qua via fieri possit, ut ipsas alio modo percipiamus.

In auxilium vocatur discrimen imaginationis et idearum adaequatarum. Sed his ipsis eodem retrudimur, quum imaginatio eo fundatur, quod „partes totius simus, quae per se absque aliis clare et distincte concipi non possint.“ Unde omnino partes prove-niunt? An fortasse Spinoza inadaequatis ideis se liberare potest? — Nequaquam! — Distinguit notiones quantum velit et „quatenus“ illud adhibeat, ideae istae sunt et semper erunt inadaequatae in mente certe singulorum hominum. Eodem modo, quo imaginatio et intellectus sibi invicem repugnant,<sup>4)</sup> quo non ostensum et comprobatum est ideas inadaequatas cum ideis adaequatis convenire, veras et eadem necessitate esse atque adaequatas, eodem modo rebus singularibus et substantiae nullus est concertus et consensus.<sup>5)</sup>

Omnis illi aerumnosi et irriti conatus satis ante oculos nobis ponunt principium

(dacht) in Einer Thätigkeit dergestalt zusammenkommen können, um alle zugleich die Ursache Einer Wirkung zu sein. Wie dies geschehe, zeigt er nicht und will nur solche zusammenwirkende Individuen als Eine einzelne Sache betrachten. Wenn man ferner den Beweis prüft, den Spinoza von dem Satze giebt, dass jedes Ding, soweit es in sich ist, in seinem Wesen zu beharren strebt; so ist er nur negativ. Das einzelne Ding, heist es nämlich, kann nichts in sich haben, wodurch es sein Wesen vernichtet, und kann nur von einer aussern Ursache zerstört werden (vgl. Eth. III. 4 bis 6). Hierin ist nur die Kraft der Trägheit, die vis inertiae und nichts mehr bewiesen; und die Selbstdbehauptung einer wirkenden Ursache kann auch keinen andern Sinn haben; denn es ist kein wahres Selbst vorhanden.“

<sup>1)</sup> cf. *Trendelenburg*, lib. allat. pg. 32. 33. 57. Quae *Sigwart*: (Der Spinozismus historisch und philosophisch erläutert mit Beziehung auf ältere und neuere Ansichten. Tübingen 1839) pg. 130—133. et C. v. *Orelli*: lib. allat. pg. 40—44. de negatione illa exponunt, rem ipsum ad liquidum non perdueunt.

<sup>2)</sup> *Sigwart*: libr. allat. pg. 134.

<sup>3)</sup> C. v. *Orelli* has et similis aliorum reprehensiones (cf. libr. allat. pg. 86—109. pg. 40—41.), ipsas in ipso auctores rejiciens Spinozamque excusans impugnat. *Sigwart* etiam, substantiam et attributa respiciens, pg. 119—120. libr. allat. nonnulla similis sensu affert.

<sup>4)</sup> cf. *Trendelenburg*. lib. allat. pg. 33. 34. 25. 26.

<sup>5)</sup> De modis „deo immediate productis“ recte mihi videtur exposuisse *Erdmann* pg. 141—145. lib. allat. Impugnantur, quae pg. 88—95. lib. allat. *Sigwart*, cui C. v. *Orelli* pg. 87—96. lib. allat. assentitur, demonstrare studet. Afferam igitur hic tantum unum locum *Erdmann*. pg. 144. 145: „Wir werden daher weder dem Sinne des Spinozistischen Systems noch auch seiner Consequenz zu nahe treten, wenn wir unter den unedlichen Modifikationen nicht sowohl Mittelwesen zwischen dem Unendlichen und Endlichen, als vielmehr die Summe der letztern verstehn, welche bei allem Wechsel der einzelnen Dinge unveränderlich dieselbe bleibt.“

Notiones „existere potentia et actu“ recte dicit C. v. *Orelli*, respiciens, quae *Sigwart* pg. 135—139. lib. allat. exposuit, in Spinozae philosophia proprio sensu non usurpari. (cf. pg. 96. 97. lib. allat. C. v. *Orelli*.) De diverso aut perfectiore rerum statu nullo modo cogitari posse, sponte etiam appare ex definitione illa 6. Eth. II.: „Per realitatem et perfectionem idem intendo.“

non sufficiens, quod finita, singularia pervadere et pervincere nequit. Inde fit, ut singularia externis definitionibus recepta eodem modo atque attributa, substantia rejecta, imprimitis valeant, non tangantur interitu, qui ipsis imminet et principii perpetuitas eo tantum cernatur, quod sola imperat causa efficiens.

Deinde rebus extensis non congruenter et aequaliter tractatae sunt res cogitantes sive ideae. Recte dictum est: „Wir vollziehen diese Vorstellung in dem Attribute der Ausdehnung ohne Schwierigkeit, indem wir das Continuum von Körper zu Körper fortsetzen, so dass die ganze Natur ein Individuum wird, dessen Theile, die Körper, auf unendliche Weise wechseln, ohne dass das ganze Individuum sich verändert (Eth. II. Lemma 7. schol.). Das umfassende Unendliche bleibt, indem sich die Theile darin bewegen. Indessen fügt sich dieselbe Vorstellung in dem Attribute des Denkens nicht so leicht. Wir sehen da kein ähnliches Continuum von Gedanken zu Gedanken, so dass sie wie Theile ein Ganzes bilden könnten.“ (Trendelenburg. lib. allat. pg. 22. cf. pg. 56. 57.)

Brevius tantum, quomodo haec fere sint cogitanda ep. illa 15. supra allat. sub fin. sunt significata, propositiones autem Eth. II. (cf. prop. 4—9. Eth. II.) partim adeo sunt universales, ut de rerum cogitantum et singularium idearum vi ac natura, „formatione, concatenatione,“ efficacitate, effectu nihil certi et proprii intelligi et concludi possit<sup>1)</sup>, partim justo ac necessario carent fundamento, si ea respicimus, quae et de substantia et de relatione attributorum quum ad substantiam tum inter se ipsa dicta sunt.

Ex iisdem causis appareat, totam Spinozae de „animatione,“ de rerum extensarum et cogitantium deque corporis atque animi „unione,“ conjunctione, consensu doctrinam, non esse necessariam, sed fortuitam, quae solis definitionibus, axiomatis, postulatis etr. justa et necessaria videtur esse.

Quae quidem omnia eo minus sunt ferenda, quia indagatione quacumque relationis, quae inter extensionem et cognitionem intercedit, animum prohibent.

Fundamentum omnium illarum propositionum, quae hoc spectant, nullum est aliud nisi hoc: Est „substantia unica, indivisibilis, infinita;“ substantia ipsa est necessaria i. e. τὸ εἶναι καὶ ἔξιζεν. Duo habet attributa se invicem exclusiva, cognitionem et extensionem, at utrumque „unum idemque — substantiam — exprimit.“ „Modi essentiam substantiae certo et determinato modo exprimunt,“ quare sunt et cogitantes et extensi, at utriusque unum idemque significant. Haec tali modo se habent, ergo tali modo haec se habent.

Quibus paucis asseverationibus tota omnino nititur Spinozae philosophia, quam, nisi ubique causae efficientis valeret dominatio, nominarem potius bene ordinatam acutisque definitionibus et axiomatis insignem historiam naturalem.

Tum nulla consensio sita est in eo, quod attributorum et modorum ratio, prin-

<sup>1)</sup> Quibus de rebus jure jam haec monuit *Herbart*: Da aber vermöge seiner Grundsätze Geistiges und Körperliches zwei gleich ursprüngliche Attribute der Substanz sein sollen, so hätte er nun den Geist frei vom Körper darstellen müssen; wie unabhängig jene Attribute von einander, ebenso unabhängig, nur harmonisch zusammentreffend, hätten auch die Wissenschaften von beiden auftreten müssen. (Allgemeine Metaphysik, nebst den Anfängen der philosophischen Naturlehre. pg. 156. cf. pg. 172. 173.)

cipio proposita, prorsus tollitur derivata a corpore animi praestantia (hoc valet de omnibus corporibus eorumque ideis cf. Eth. II. 13. schol.) et imaginatione deducta a corporis affectibus. Radicitus haec repugnant attributis se invicem excludentibus et pari dignitate atque auctoritate praeditis, cum quibus consentiant modi necesse est.<sup>1)</sup>

Ideae inadæquatae modi sunt cogitandi, quare in extensionis modis pendentes non sunt facienda<sup>2)</sup>, neque minus animi proprietates a corpore derivandae.

Hoc nihilominus fieri non est mirum; substantia enim est infinita, discriminis expers, vaga, soluta, unde extensionis attributo opprimatur eodem modo necesse est ac cogitatio in solam extensionis affirmationem et umbram prorsus ex extensione pendentem ipsamque comitantem deprimatur.

Inde fit, ut animus et ceterae res cogitantes revera pendeant ex corporibus, quamquam nobis asseveratur, cognitionem et extensionem eadem esse dignitate, quin etiam unum idemque.

Quodsi Spinoza animo „actionem quandam“ et libertatem ideis adaequatis tribuit dicens: ab ipso animo, sua ipsis vi ac natura ipsas formari<sup>3)</sup>, hoc nihil est aliud nisi species quaedam longe splendens, quae proficiscitur ab attributis invicem se excludentibus parique dignitate et auctoritate solis verbis neque revera praeditis. Animus enim non nisi corporis affectionibus se ipsum cognoscit<sup>4)</sup> et ideae quoque adaequatae oriuntur ex corporis affectionibus, quanvis affectionibus eorum, quae omnibus corporibus sunt communia<sup>5)</sup>. At haec sine dubio extensionis attributo adscribenda sunt<sup>6)</sup>, unde fit, ut haec etiam in re cogitatio pendeat ex extensione nihilque sit nisi extensionis affirmatio et umbra.

<sup>1)</sup> Recte judicat *Sigwart* lib. allat. pg. 141. 142.: „Dieses Verhältniss der Gleichheit wird nun aber in der Lehre von den modis nicht festgehalten, sondern verletzt und zwar in der Art, dass den modis der Ausdehnung eine gewisse Priorität und Superiorität angetheilt wird. Denn die actuelle Existenz einer Seele wird von der aktuellen Existenz eines einzelnen Dinges, Eth. II. 11., abhängig gemacht, ebenso die Trefflichkeit der Seele und die Deutlichkeit ihrer Gedanken von der Trefflichkeit, der Empfänglichkeit und Selbstthätigkeit des Körpers Prop. 13. schol., wie überhaupt die Idee ihrem Stein und Wesen nach durch ihr Object bedingt wird, aber dieses alles nicht umgekehrt. Also wird das Object, der Körper überall voran, — die Idee, die Seele überall nachgesetzt. Dies ist um so auffallender, weil man, wie bemerkt wurde, einen Grund hiervon in der Lehre von den Attributen und ihrem Verhältniss theils zu einander theils zu der Substanz durchaus nicht finden kann, sondern hierin vielmehr eine völlige Gleichheit des Wertes oder der Dignität der Attribute und ihren modi begründet ist; wonach man ebensowohl sollte sagen können: die actuelle Existenz des Körpers ist durch die actuelle Existenz der Seele bedingt und die Organisation des Körpers um so vollkommener, je vollkommener die Seele ist, was wir jedoch bei Spinoza nie finden. Und so ist hier jener einseitig realistische Character noch einmal und so stark angesprochen, dass er zur Inconsequenz wird.“ cf. pg. extr. 149., pg. 150. 151., pg. 138. 138.; *Herbart*. lib. allat. pg. 183.; adnotat. pg. 36 libri, qui inscriptus est: Die Lehre des Spinoza in Ihren Hauptmomenten geprüft und dargestellt von C. L. Schläter. Münster 1836. Quae h. l. Spinozae excusandi causa dici possent, attinit C. v. Orelli lib. allat. pg. 108.

<sup>2)</sup> Eth. II. 5. 6.

<sup>3)</sup> Eth. II. prop. 40. schol. Prop. 41. 44. Ep. 42. et 28. De intellect. em. XV. §. 108. XII. §. 91.

<sup>4)</sup> Eth. II. 23.

<sup>5)</sup> Eth. II. prop. 35. 39. ejusque coroll. cf. prop. 23. et Eth. V. prop. 39. præcip. schol.

<sup>6)</sup> Eth. II. Lemma 2. post prop. 13.

Eadem dicenda sunt de propositionibus illis Eth. V., ubi coercendis affectibus agendi quaedam et corpus regendi potestas animo tributi videtur; nam quae sit vera prop. 1. Eth. V. sententia, præcipue intelligi potest, si respicimus ea, quae de ideis adaequatis exposita sunt, ex demonstratione prop. 4. Eth. V. (cf. Eth. IV. prop. 59. V. prop. 3. 4. 6. 14.), unde apparet, affectus eo tantum coerceri et extingui, quod animus affectione corporis (quae „aliter passio“ est) determinetur ipsis affectionis adaequatum ideam formare. Discrimen igitur quoddam in eo ponitur, quod haec sit ratio quaedam effecta et percipienda non imaginatione, sed ipsa substantia. At ex iis, quae supra allata sunt, facile apparebit, nihil inde animo concedi posse simulque videmus, quid sit illud, in quo nostrae libertatis vis atque natura consistat: nihil est nisi dissolutio in necessitatem substantiae.

Hoc modo ubique coram quasi præsens est signum illud Spinozae doctrinae: finis oppressus, sola cause efficientis dominatio. Cui principio omnia alia posthabebat et summo ingenii acumine maximaque constantia hoc unum intelligere, explicare, probare studebat, sed id tantum efficit, ut omnia in ipsum introire inque ipso evanescere cogaret definitionibus, axiomatis, postulatis ctr., neque vero ex ipso quasi nascentia faceret. Inde intelligenda et explicanda substantia, attributa, modi, ad quos referendae sunt res finitae, singulares soleque clarissim ubique sub oculis nobis subjicitur neque tali ratione infinitam rerum singularium varietatem intelligi atque explicari posse et radicitus ipsas vi sua ac natura privari.

Quodsi omnia, quae supra exposita sunt, paucis complectimur, haec fere est ipsorum summa:

Res singulares ex Spinozae philosophiae principio revera non sunt, proprium ipsarum vim atque naturam amittunt, resolvuntur in substantiam. Hoc principio consentaneum. Jam vero res singulares sunt fundamentum illorum auxiliorum, quibus ex Spinozae sententia ipsarum vis ac natura deletur, neque his auxiliis Spinoza se liberare potest; unde substantia rejecta plurimum valent res singulares.

Haec partim ex substantia ejusque attributis intelligi non possunt partim inter se repugnant.

Deinde rebus extensis non congruenter et aequabiliter tractatae sunt res cogitantes sive ideæ, quod ex doctrinæ proprietate postulandum est.

Tum tota de „animatione“ deque corporis et animi „unione“ utriusque concantu et consensu doctrina non est necessaria, sed fortuita, quae praeterea indagatione quacumque relationis, quae „inter extensionem et cognitionem, inter corpora et ideas“ intercedit, animum prohibet.

Deinde principium tollitur derivata a corporibus praestantia animorum „omniumque rerum idealium“ et imaginatione a corporis affectionibus deducta.

Denique omnes res cogitantes revera, licet contraria semper asseverentur, prorsus pendent ex rebus extensis, quin etiam adaequatae ideæ ex extensione.

Addam pauca, quae hinc consequuntur. Quodsi substantiam ipsiusque attributæ i. e. Benedicti de Spinoza philosophiae fundamentum, quo significatur tertia illa rerum intelligendarum et explicandarum via ac ratio, de qua querendum est, utrum probari possit,

cipio proposita, prorsus tollitur derivata a corpore animi praestantia (hoc valet de omnibus corporibus eorumque ideis cf. Eth. II. 13. schol.) et imaginatione deducta a corporis affectio nibus. Radicitus haec repugnant attributis se invicem excludentibus et pari dignitate atque auctoritate praeditis, cum quibus consentiant modi necesse est.<sup>1)</sup>

Ideae inadæquatae modi sunt cogitandi, quare in extensionis modis pendentes non sunt facienda<sup>2)</sup>, neque minus animi proprietates a corpore derivandae.

Hoc nihilominus fieri non est mirum; substantia enim est infinita, discriminis expers, vaga, soluta, unde extensionis attributo opprimitur eodem modo necesse est ac cognitione in solam extensionis affirmationem et umbram prorsus ex extensione pendente ipsamque comitantem deprimitur.

Inde fit, ut animus et ceterae res cogitantes revera pendeant ex corporibus, quamquam nobis asseveratur, cognitionem et extensionem eadem esse dignitate, quin etiam unum idemque.

Quodsi Spinoza animo „actionem quandam“ et libertatem ideis adaequatis tribuit dicens: ab ipso animo, sua ipsis vi ac natura ipsas formari<sup>3)</sup>, hoc nihil est aliud nisi species quaedam longe splendens, quae proficiuntur ab attributis invicem se excludentibus parique dignitate et auctoritate solis verbis neque revera praeditis. Animus enim non nisi corporis affectionibus se ipsum cognoscit<sup>4)</sup> et ideae quoque adaequatae oriuntur ex corporis affectionibus, quamvis affectionibus eorum, quae omnibus corporibus sunt communia<sup>5)</sup>. At haec sine dubio extensionis attributo adscribenda sunt<sup>6)</sup>, unde fit, ut haec etiam in re cogitatio pendeat ex extensione nihilque sit nisi extensionis affirmatio et umbra.

<sup>1)</sup> Recte iudicat Sigwart lib. allat. pg. 141. 142.: „Dieses Verhältniss der Gleichheit wird nun aber in der Lehre von den modi nicht festgehalten, sondern verletzt und zwar in der Art, dass den modi der Ausdehnung eine gewisse Priorität und Superiorität angetheilt wird. Dem die aktuelle Existenz einer Seele wird von der aktuellen Existenz eines einzelnen Dinges, Eth. II. 11., auffällig gemacht, ebenso die Trefflichkeit der Seele und die Deutlichkeit ihrer Gedanken von der Trefflichkeit, der Empfänglichkeit und Selbstthätigkeit des Körpers Prop. 13. schol., wie überhaupt die Idee ihrem Sein und Wesen nach durch ihr Object bedingt wird, aber dieses alles nicht umgekehrt. Also wird das Object, der Körper überall voran, — die Idee, die Seele überall nachgesetzt. Dies ist um so auffallender, weil man, wie bemerkt wurde, einen Grund hieron in der Lehre von den Attributen und ihrem Verhältniss theils zu einander theils zu der Substanz durchaus nicht finden kann, sondern hierin vielmehr eine völlige Gleichheit des Werthes oder der Dignität der Attribute und ihrer modi begründet ist; wonach man ebensowohl sollte sagen können: die aktuelle Existenz des Körpers ist durch die aktuelle Existenz der Seele bedingt und die Organisation des Körpers um so vollkommener, je vollkommener die Seele ist, was wir jedoch bei Spinoza nie finden. Und so ist hier jener einseitig realistische Character noch einmal und so stark ausgesprochen, dass er zur Inconsequenz wird.“ cf. pg. extr. 149., pg. 150. 151., pg. 138. 138.; Herbart. lib. allat. pg. 183.; adnotat. pg. 36. libri, qui inscriptus est: Die Lehre des Spinoza in ihren Hauptmomenten geprüft und dargestellt von C. E. Schläter. Münster 1836. Quae h. l. Spinozae excusandi causa dici possent, attulit C. r. Orelli lib. allat. pg. 106.

<sup>2)</sup> Eth. II. 5. 6.

<sup>3)</sup> Eth. II. prop. 40. schol. Prop. 41. 44. Ep. 42. et 28. De intellect. em. XV. §. 108. XII. §. 91.

<sup>4)</sup> Eth. II. 23.

<sup>5)</sup> Eth. II. prop. 38. 39. ejusque coroll. cf. prop. 23. et Eth. V. prop. 39. præcip. schol.

<sup>6)</sup> Eth. II. Lemma 2. post prop. 13.

Eadem dicenda sunt de propositionibus illis Eth. V., ubi coercendis affectibus agendi quadam et corpus regendi potestas animo tribui videtur; nam quae sit vera prop. 1. Eth. V. sententia, præcipue intelligi potest, si respicimus ea, quae de ideis adaequatis exposita sunt, ex demonstratione prop. 4. Eth. V. (cf. Eth. IV. prop. 59. V. prop. 3. 4. 6. 14.), unde apparet, affectus eo tantum coerceri et extingui, quod animus affectione corporis (quae „aliter passio“ est) determinetur ipsis affectionis adaequatum ideam formare.

Discrimen igitur quoddam in eo ponitur, quod haec sit ratio quadam effecta et percipienda non imaginatione, sed ipsa substantia. At ex iis, quae supra allata sunt, facile apparebit, nihil inde animo concedi posse simulque videmus, quid sit illud, in quo nostrae libertatis vis atque natura consistat: nihil est nisi dissolutio in necessitatem substantiae.

Hoc modo ubique coram quasi praesens est signum illud Spinozae doctrinae: finis oppressus, sola causae efficientis dominatio. Cui principio omnia alia posthabebat et summo ingenii acumine maximaque constantia hoc unum intelligere, explicare, probare studebat, sed id tantum effecit, ut omnia in ipsum introire inque ipso evanescere cogeret definitionibus, axiomatis, postulatis ctr., neque vero ex ipso quasi nascentia faceret. Inde intelligenda et explicanda substantia, attributa, modi, ad quos referendas sunt res finitae, singulares soleque clarissim ubique sub oculis nobis subjicitur neque tali ratione infinitam rerum singularium varietatem intelligi atque explicari posse et radicitus ipsas vi sua ac natura privari.

Quodsi omnia, quae supra exposita sunt, paucis complectimur, haec fere est ipsorum summa:

Res singulares ex Spinozae philosophiae principio revera non sunt, proprium ipsarum vim atque naturam amittunt, resolvuntur in substantiam. Hoc principio consentaneum. Jam vero res singulares sunt fundamentum illorum auxiliorum, quibus ex Spinozae sententia ipsarum vis ac natura deletur, neque his auxiliis Spinoza se liberare potest; unde substantia rejecta plurimum valent res singulares.

Haec partim ex substantia ejusque attributis intelligi non possunt partim inter se repugnant.

Deinde rebus extensis non congruenter et aequabiliter tractatae sunt res cogitantes sive ideae, quod ex doctrinae proprietate postulandum est.

Tum tota de „animatione“ deque corporis et animi „unione“ utriusque concuento et consensu doctrina non est necessaria, sed fortuita, quae praeterea indagatione quacumque relationis, quae „inter extensionem et cognitionem, inter corpora et ideas“ intercedit, animum prohibet.

Deinde principium tollitur derivata a corporibus praestantia animorum „omniumque rerum idearum“ et imaginatione a corporis affectionibus deducta.

Denique omnes res cogitantes revera, hanc contraria semper asseverentur, prorsus pendentes ex rebus extensis, quin etiam adaequatae ideae ex extensione.

Addam pauca, quae hinc consequuntur. Quodsi substantiam ipsiusque attributa i. e. Benedicti de Spinoza philosophiae fundamentum, quo significatur tertia illa rerum intelligendarum et explicandarum via ac ratio, de qua quaerendum est, utrum probari possit,

COLUMBIA UNIVERSITY

0032214219

